

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. IX. Josephi consilium quàm prudens, maturum, mali affectus expers.
Aliquid de malis aularum consiliariis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

CAPUT IX.

Iosephi consilium, quām prudens, maturum, malī affectus expers. Aliquid de malis aularum consiliaris.

Gen. cap. 41. v. 1 ad 38. Post duos annos vidi Pharaonem somnum. Putabat se stare super fluvium. De quo ascendebant septem boves pulchrae, & crassam nimis: & pascabantur in locis palustribus. Alia quoque septem emergebant de flumine, fæde, confectæ, macie, & pascabantur ipsa annis ripa in locis virientibus, devoraverintque eas quarum mira spes, & habitudo corporum erat. Expergesfactus Pharaon, rursum dormivit, & vidit alterum somnum. Septem spica pullulabant in culmo uno plena, atque formose. Alia quoque quotidie spica tenues, & percussæ uredine vibrabantur, devorantes omnem priorum pulchritudinem. Evigilans Pharaon post quietem, & facto mane perterritus misit ad eum conjectores Ägypti, cunctosque sapientes, & acerbitatis narravimus somnum, nec erat qui interpretaretur. Tunc deum remanserunt pincernarum Magister, at: Confectio peccatum meum. Iratus rex servis suis, me, & magistrum pistorum retraxit, sit in carcere principi militum: Vbi una nocte uterque vidimus somnum, presagium futurorum. Erat illi puer Hebreus, ejusdem ducis militum famulus: Cui narrantes somnia, audivimus, quidquid postea rei probavia eventus. Ego enim redditus sum officio meo, & ille suspensus est in cruce. Proutius ad regis imperium eductum de carcere Ioseph totonderunt, ac veste mutata obtulerunt ei. Cui ille ait: Vidi somnia, nec est, qui edisserat: quæ audi vi te sapientissime conjectare. Respondit Ioseph: Absque me Deus respondet prospexit Pharaoni. Narravit ergo Pharaon quod viderat. Putabat me stare super ripam fluminis, & septem boves de amne consondere, pulchras nimis, & obesa carnis, quæ in pastu pulidis vireta carpebant. Et ecce, has sequebantur alia septem boves, in tantum deformes & macilenta, ut nunquam tales in terrâ Ägypti viuerim. Quæ devoratis & consumptis prioribus, nullum saturitatem dedere vestigium; sed simili macie & squatore torpebant. Evigilans rursum sapore depresso, vidi somnum. Septem spica pullulabant in culmo uno plena atque pulcherrima. Alia quoque septem tenues, & percussæ uredine orientabantur è stipula, que priorum pulchritudinem devoraverunt. Narravi conjectoris somnum, & nemo est, qui edisserat. Respondit Ioseph: Somnum regis unum est: que facturus est Deus ostendit Pharaoni. Septem boves pulchrae, & septem spica plena, septem ubertatis anni sunt, eandemque vim somniū comprehendunt. Septem quoque boves tenues, atque macilenta, que ascenderunt post eas, & septem spica tenues, & vento urente percussæ, septem anni ventura sunt famis. Qui hoc ordine complebuntur. Ecce septem anni venient fertilitatis magna in universâ terra Ägypti, quos sequentur septem ali tantæ sterilitatis, ut obliuioni tradatur cuncta retro abundantia: consumptura est enim famæ omnem terram, & ubertatis magnitudinem perditura est inopia magnitudo. Quod autem rediſti secundò ad eandem rem pertinens somnum, firmatius indicum est: è quod fiat sermo Dei & velocius impletatur. Nunc ergo provideat virum sapientem, & industrium, & preficiat eum terra Ägypti; qui constitutus prepositus per cunctas regiones, & quintam partem frumentum per septem annos fertilitatis, qui jam nunc suari sunt, congregate in horrea, & omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur, serveturque in urbibus, & preparetur futura septem annorum fami, que oppressura est Ägyptum, & non consumetur terra inopia. Placuit Pharaoni consilium & cunctis ministris ejus.

Pharaonis somnum,

Dum Josephus adhuc in vinculis est, Pharaon rex somniat se ad flumen stare, è quo septem obesa boves, & macilenta toride emergent, pauciteratque ad amnis ripam. Sed strigosæ illæ & exæla macie devorarunt pingues, & corpulentas. Expergesfactus Pharaon, rursum & dormire cœpit, & somniare, septem uberes

A spicas culmo attollit uno, juxta quas aliae septem gracieles & uredine afflate surgerent, que priores devorarent. Terruit ea res Pharaonem jam vigilem. A conjectoris ergo interpretationem somniū petivit, aperte nullus dedit. Hic pincernarum magister ab obliuione diuturna evigilans: Fateor, inquit, obliuionis mea culpam. Nam in vinculis tam ego quām pistor, jam suspenitus, cädem nocte prælaga vidimus somnia. Vinctorum focus Hebrewus eam dedit interpretationem, quam eventus in utroque nostrum ad amissim comprobavit. His auditis rex Josephus illico sibi iussit fisti. Ita Josephus rex Ägypto attensus, & vestitus in regis conspectum venit. Cui rex: Ea, inquit, per quietem vidi, quorum interpretationem commodum non habeo, atqui te ajunt hanc re præcellentem esse. Cui modestissime Josephus: Ablique mea opera, inquit, Deus Pharaoni proponeret respondebit. Narrationem igitur ingressus Pharaon: Oblata, inquit, mihi per somnum species, septem boum præpinguium ex aquâ prodeunium. Has alia septem sequabantur deformes, & extrema macie corrumpita, que priores devorat nullum saturitatis indicium dedere. Evigilante rursum deprestit lopor, & en somnium alterum. Septem vidi spicas uno pullulare calamo, pulcherimæ illas & plenissimas. Has septem sequabantur alia in stipula eadem, sed tenues & uricæ tactæ, que priores abfumperunt. Nihil huc habent mei conjectores dicere. Te igitur audiam. Ad ea Iosephus: Unum, inquit, somnum est geminæ specie oblatum, monens futurum. Septem obesa boves, septemque spicae uberes septem portendunt annos. Omni ubertate formosissimos. At vero septem boves viri offibus hecentes, septemque inane spicae venturam famem prænuntiant. Nimirum haec annorum series sequitur. Septem continuo erunt anni Ägypto totâ fertiliissimi. Hos septem ali exipient tantæ sterilitate deformes, ut in obliuionem abitura sit prior omnis abundantia. Alterum porrò somnum prioris certum est argumentum, & confirmatio. Rex ergo velit jubeatque eum prudenter ac industrious Ägypto præfici, qui per provincias designat præpositos, ad quinque frugum partem septennio felici convehendam, in futuræ famis solatium. Omne autem frumentum sub regis potestate condatur. Ita Ägyptus & seipsum & alias extra se terras servabit. Placuit consilium tam Pharaoni, quām palatinæ omni familie. Colligamus ad instiitum nostrum manipulos.

I. Fiducia sui comprinenda est submissio ac modestia. Ad animandum Josephum Pharaon dixerat: Vidis somnum, quo audi vi te sapientissime conjectare. Cui comiter & pie Josephus: Absque me Deus respondet prospexit Pharaon. Sedi fabulatio hoc adscribendum Deo est, quod humanis studiis & dilectione non licet assequi. Quia in re Deus, per quenvis poterit, quod posse per me videtur.

II. Luxus Famis prodromus. Abundantiam frequenter a. LXXX comitatur penuria. Prandium nimis lautum sœpe gracili digerendum est cœnula. Septennio toto ridebant campi & segetes, molendina & pistrina latum canebant, triumphabant penora & horrea; Annonæ vilitas, ubique saturitas. Sed felix hoc septennium excipit septennium aliud infecundum & infelix; Annonæ caritas ubique atque sterilitas: Ecce, ait Josephus, septem anni venient fertilitatis magna in universâ terra Ägypti, quos sequentur. pretem anni alii sterilitati tantæ, ut obliuioni tradatur cuncta retro abundantia: consumptura est enim famæ omnem terram. Ita crapulam præcedentium annorum digerere debuit abstinentia sequentium.

III. Tam sterilitatis, quām fertilitatis auctor est Deus, quinque annos. Quod geminum somniavit rex somnum: Fornitatu, aut invenit Josephus, indicum est, è quod fiat sermo Dei, & velocius impletatur. Affirmatissime dixit Siracides: Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt. Tam morbi, quām sanitas, tam sterilitas, quām fertilitas, tam dulcis lucus.

luctus, quām gaudium, tam adverſa, quām prospora
æquē lunt à primo principio. Et hac & illa Deus immittit. Quod Amos vates confirmans: *Si erit malum, inquit, in civitate, quod Dominus non fecerit?* Malum culpa permitit, pœna malum efficit & infert. Vel nullies hoc inculcandum.

IV. *Providentia humana divina famula.* Prudenter Pharaon Josephus luggerens: *Nunc ergo, inquit, provideat rex virum sapientem, & preficiat eum terra Ägypti, qui constitutus prepositus per cunctas regiones.* Faciat homo, quod Deus ab eo vult fieri, faciatque quām id potest optimè; ita se suāque omnia, quām plenissimè divina Providentia committat. Tam Providentia, quām industria humana sit famula, non domina Providentia divinæ. Deus in parandis ferculis est ut cocus, homo coci servus, & aqua baſulus.

V. *Consilium prudens latos habet exitus.* Quod suscit Josephus, nemini non probatum est: *Placuit Pharaoni consilium, & cunctis ministris ejus.* Hunc manipulum proponeamus explicatiōrem. Et primò quidem ostendemus, consilium tum demum laudandum, si si prudens, maturum, sine affectu, sincerum. Deinde verò docebimus, eruditum etiam hominem plerumque sibi ip̄i non bonum esse consultorem.

§. I.

Mirum, bis mirum, ter mirum, Josephi consilium in aula Pharaonis tam fuisse benevolè auditum, ut nemo ei contrādixerit, nemo dicit obtrēctaverit. *Placuit Pharaoni consilium, & cunctis ministris ejus.* Non solum rexipse nihil à Josepho dictorum impugnavit, aut in sensu dubios traxit, sed nec corrum ullus, qui regi à consilii fuerunt. Alii plerunque sunt aulae mores: si quis ignotior prorepat, eti Thales fr̄, & sanissima consilia luggerat, plurimos tamen sentier, qui adversentur, qui carpant, qui refellant, qui sua ingerant. Mirum igitur, bis mirum, in Pharaonis auli neminem repertum, qui diceret: *Unde Hebreo huic juveni, hoc scientia & præfagatio futurorum?* Nimis Dñ cum illo uno sunt locuti. Albæ mentis homines sumus, si somniorum conjectori credimus. Tanta rerum moles à conjecturis ruinolū dicit principium. Tanta impedita firmioribus necclē est nitantur fundamentis. Hæc talia in Josephi consilia objicere, in aula prouinciam fuisse. Verūm, *Conticuere omnes, intenti⁹ ora tenebant.* Nemo fuit qui Josephi consilium non probaret. Aperta & simplex veritas favorem sibi omnium conciliabat. Deinde, altior hinc quādam vis, digitus Dei, animos omnium trahebat in afflensum. Nemo contra mutuit. Nimis Deus suo famulo eam aspiravit gratiam, ut ei omnes tanquam verissima vaticinanti cedererint. Christus Apostolis promittens: *Ego, inquit, dabo vobis os sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere, omnes adversari vestri.* Hoc quidem Josepho non promissum, sed certè præstitum. Os habuit Josephus, & sapientiam, Consilium ejus optimis doribus, quas requirimus, instructum. Nam,

I. *Prudens fuit consilium.* Quām prudenter Joseph exordium struens: *Somnium regis, inquit, unum est; quæ facturus est Deus, ostendit Pharaoni.* Consilium ex aſſt bonum, ac prudens, politicorum etiam iudicio, à multo uſu est. Longa rerum experientia sua forem reddit prudentem. Quod Sirades affirmans: *Vir in multis expertus, inquit, cogitat multa; & qui multa dicit, enarrabit intellectum.* Qui non est tentatus quid scit? Quid si placeat à capite rem arcessere, atque cum scriptoribus politicis loqui, eruditè nos instruet Joannes à Cockier patritius Leodienensis Jurisconsultus, cuius haec est sententia. *Bonum Consilium procedit ex imagine larorum & tristum.* Non est illa mens late cap. 12. dandis consilii aptior, quām que longā ac frequēti rerum patientiā, multisq; experimentis domita, mitigatis suadet affectibus. Multa demum intelligi-

A mus patiendo. Quod Mithridates rex, ac fortissimè fatus: *Mihi fortuna, inquit, multis rebus exceptis usum dedit bene ſuadendi.* Non in hilari tantum choreo, sed in palæſtrico gymnasio, necesse est, fuerit conful- tor qui non tantum de bōno viro ſed etiam de fa- me, ſuique poſſit loqui; qui non ſolū decuſionibus ludicris, ſed cruentis pæliis, non tantum de verbolis diſputationibus, ſed de luctuosis naufragiis verba queat facere; qui ſciat & angelos ſuis pingere coloribus, & diabolos; qui non proſpera ſolum, ſed & adverſa ſe- pius ſit expertus; ſi ſemper pulvinum preſerit, de ima- gine tristum patrum peritè diſcret. Josephus hac in re exercitatiſſimus, tot naufragiis clarus, tot fortis, & pro- cellis objeſtus, falſis accuſationib; ſoratus, iniquis vin- culis attritus, diuturnā patientiā illuſtrissimus. Hinc pru- dens consilium. Eam in rem ſuauit Seneca, nonnullū quam in ſeſſu pane ſecondario & atro, & ſitu vili & rigido, lector modice inſtrato utendū; ut ſcileſerit quād minus eſt loci delicii, tantò plus eſſet ſapienſia. Neque verò prudens tantum fuit Josephi conſilium. Sed etiam

II. *Maturum.* Hoc maximè urebat Joseph, no quid agendorum diſeretur aut procratinaetur. Idcirco:

Provideat rex, inquit, virum sapientem & induſtrium, qui cunctator non ſit, nec occasione inter inertiā patia- tur diſfluere; Qui conſtituat prepositos per cunctas regiones; Ibid. v. 34.

folus enim negotiorum molis ſuccumbet; qui quintam partem fructuum per ſep̄ annos fertilitatis congreget; non triennio ſolum, aut quadriennio hoc faciendum, ſed totis ſept̄ annis fertilibus. Jam statim primo quidem anno incipiendum, prolixis & grandibus eger curis, tam diuturna, qua ſecutura eſt, famis. Ita Josephus cen- ſuit maturè fami occurrentum. Verbum vetus ſubmo- net: Antequano incipias, conſulto; ubi conſuleris, matus rē opus eſt facto. Seneca praepiens: *Conſilium, inquit, sub initio, n. bī die nasci debet.* & hoc quoque tardum eſt nimis: *sub manu, quod pag. 509. agunt, sub manu nascitur.* Opus jungendum conſiliis; re- Suetonius in cē decreta manus actuof roboret. Josephus tam p̄c- clare quām maturè ſuadens: *Servetur, inquit, ſrumentum in urbis, & præparetur futur⁹ ſept̄ annorum fami, que op- preffura eſt Ägyptum, & non conſumetur terra inopia.* En conſilium, & quidem maturum p̄eſit, ſeuta eſt præpara- tio. Ita faciendum docens Sirades: *Fili, ait, ſine conſilio Gen. cap. 47. nihil facias, & poſt factum non paucelb.* Uinum emere, v. 35. & 36. Eccl. c. 32. poſt domi primā illud guſte, uxorem ducere, dein deliberate post nuptias, num fuerit ducenda, ſerum ni- mis eſt. Consilium factō posterius plerunque inutile. Muſ antē deliberet, quām picem guſte, prius furti mul- claram expendat, quām muſcipulam ſubeat. Ita prius peccati ſapplicium perpendas, quām peccatum com- mittas. Non eſt ſapientis dicere: *Non putaram.* Sera ni- miūm eſt ſapientia ſuo danno ſapere. Maturè domum redi, ſi p̄eoniteat exiſe.

III. *Josepho potuſſer objici: Quid opus festinatōne tan- dæ.* Elapso ſept̄enio forſan amplius erimus ſuperſta- tes; videtur posteri noſti, quid metant, quid comedant. At conſilium Josephi famis ſubſidia censuit maturan- da, non ad ſept̄enniū ſinē procratina; primo mox anno futuriſ providendum. Consilium maturum.

§. II.

III. *Sine affectu malo conſilium Josephi fuit.* Nihil pri- vata ſtarum rerum miſcuit, non fratres ſuos, non he- rum ſuum acuſavit, contra quem jure multa potuſſet ^{10.} dicere in ſuā innocentia patrocinium. His omnibus omissis, quod ad rem erat, in medium conſuluit. Ce- dant publicis privatam. Perfonam agiſ publicam? exue igi- tur privatam. Ingrēderis curiam? Ad curia limen pri- vatos aut pravos affectus relinque. Senator medium ſe gerat, & neutrā in partem inclinet, pro ſola ſet equitate. Malus Senator eſt, quiſquis partium eſt; animi hominum partibus infecti male conſulunt. Aristoteles & Tullius

Tyrranis & Tullius ead. ejunt esse tyrranidem, qua Republi-
cam administrer in rem suam, ad suum quæstum, bono
ministare suo. Quisquis igitur bonum publicum, & civile regi-
men in suam solus utilitatem derivat, tyrranus est phi-
losopho & oratori. Divina gubernationis similis est illa,
qua civitatis, qua provinciæ, qua regni commune bo-
num tuerit. Deus bone, à qualibet & quam graverit hac
in re peccatur! cùm publicis consilii miscerent affectus
privati, cùm privata commoda habentur publicis po-
tiora. Consilium sine affectu, consilium aureum. Con-
silium affectibus corruptum, consilium plumbeum. In-
credible proslus est, quantum boni præpediant,
quamque inferant damni, affectus privati & mali. Ubi af-
fectus imperat, exulta revera virtus, & cùm ea honestum
omne.

4. Sincerū. I V. Sincerum consilium laudarissimum. Distinguamus
Eius distincio à hoc à priore. C consilium sine affectu præstat, qui nihil
amore aut odio aliorum miscer; sincerum adfert, qui ni-
hil subiicer dicendum, qui scapham, scapham; ligonem
velat ligonem; qui candidum pro candido, atrum

pro atro, picum pro pice, & ceram vendi pro céra. Phi-
lo lib de Iosepho, militi pag. 422. O mihi animus non semper in obscurio, & opero fore,
Antiq. Iu- quod tegit; hic juvenis veritatem, tanquam lumen te-
date. cap. 3. nebris inferens aperiet, & suā scientia nostratum so-
mum. His auditis Imperator altum ingemiscens,

explicationem somni quām sincerissimam.

S. III.

Confessa-
rii & con-
siliarii re-
gum &
principum
exploran-
tur consili-
sinceritate.

Consiliu sinceritas Lydius lapis est, ad quem, velut
ad coticulam aurum, ita principum, regum, Im-
peratorum confessarii, & consiliarii explorantur: qui
enim sic auçupantur gratiam, ut quidquid purat vel
minimum leſum, supprimat, consilium sincerum
non dant. Cor eorum non rectum; vitium revelat Ly-
dius hic lapis. Quantu autem, o Deus, à consiliis non
sinceris, quanti proveniunt errores? Oracula divina se-
piissime correclum, & sincerum ingerunt, quod certe in
his talibus non invenitur, qui dicenda silentio involvunt,
aut silenda efficiunt, & mantelum veritati appendunt
ne cernatur. Nec nesciri queunt tales, quantum iniqui-
tia ac malorum longo comitatu sequatur è silentio tam
exitioso, & tamen silent, quando illis hoc unum est pro-
positum, non displicere, non offendere. Cor eorum non
est rectum, non sincerum. Id solum norunt dicere, quod
gratum, quod placet, quod auditu jucundum; Lauden-
denes, & Placentini, quidquid meioris est auditio-
nis, querissimè declinant: Non est ad rem, aijunt. Ita se-
ipos suavissimè fallentes: Quid enim opus est, inquit, ut ego haec primus dicam, dicent alii, quorum magis in-
terest, quām mea. Nec ranti res momenti, etiam si ali-
quid errorum confeatur. Expiari possunt haec piacula.
Ita conscientia cauterio inusta silentium multis pesti-
lentissimum specioso prætexunt fuso. Nec raro fit, ut
alter alteri rem magni narret momenti, qua certe ad
magistratum, vel ad eos, qui rebus præsumt deferendum
foret. At narrator os audiens velut annulo obsignans:
Si ista, inquit, efferre velis, jurejurando millies me ob-
stringam, & per omnes Deos, Deasque negabo hęc à me
dicta. O Deus, quām surda conscientie! Quibus hoc
unum est constitutum omnem veritatem, qua parere
possit odium, opprimere. Hæc una omnium lex est, non
inculcata, apud neminem offendere, omnibus, præser-
tim magnis illis fastigis, assentari. Cùm peccatur præci-
puē in aulis, alter in alterutrum pulcherrimè novit deri-
vare culpam. Hinc aliquando culpa impingitur illi, cuius

Culpam in
aulis alter
in alterum
derivat.

A non est. Hinc saepe damnata pecunia quām fama
gravia sequuntur luenda insontibus. Hęc autem peccata
tantò sunt nequiora quanto subtiliora. Videate vos Joannes
Silentiarū, quid judici supremo brevi sitis responsuī.
Vobis, quia tacuisti, aut locuti es, sed neutru-
quam sincerè. Joannes Mariana rerum Hispanarum
scriptor memorat. Henrico rege Castellæ mortuo, His-
paniam Republicam periculose natalle. Vidita erat regina, & filius viginti duorum mensum, Respublica novis tur-
bis objicenda non videbatur. Hęc clam inter se, hec
palam & in circulis conquerebatur; consilia mali vi-
tandi non satis explicant: quodque in tali re diffi-
cillimum est, primus auctor, primaque vox expectabatur,
dum animis spes, timor, ratio, catius ancipes ob-
verabantur. Loquebantur omnes, adjicere consilio
periculum suum singuli detrectabant. Basilius Macedo
Imperator, quod Cedrenus memorat, adem Apothol-
orum solemnisimo die ingressus, civium vulnus more
insolito turbatos observavit. Nec distulit peractare di-
vinā quāre: quid triflōr compluriū & exacerbat-
tor affectus sibi veller, cum plororumque veltis ne-
glectior die felto? num publicæ calamitatis aliquid in-
gruisset, cuius ipse confusus non esset? Hęc unus aliquis
facundā libertate ceteris antiflans, quod reserat minimū
celandum ratus: Te, ait, Auguste Imperator, tuq[ue]que
non ea premunt mala, quae nos, & nostrum penu. Et for-
fan ad tuas aures nondum pervenit plurimorum resan-
gusta domi. Certè anno[n]a caritas ob immixtū cœlum
ita jam accensa est, ut duo modii frumenti nummo ve-
nant aureo. His auditis Imperator altum ingemiscens,
non sat in statione lacrymas continuit, atque ut ma-
rentibus solatii aliquid instillaret, id porrò sibi cura fu-
turum est pollicitus. Ubi in palatium redit, primū
erat anno[n]a præfides accertere. Mox in præfentes ac-
cīmē invectus: Et vos, inquit, homines nequam, ita
principem vestrum, quæ illi maximè scienda, nequiter
celatis? Sic omnino, quod Artaxerxes jam olim queri-
tur, aures principum simplices, & ex suā naturā alias offi-
cantes, callidā fraude decipiuntur. A cœtum igitur granatis
meis frumentum educite, atque ut publica calamitati
medelam faciamus, duodecim modii frumenti nummo
aureo sed unico vendantur. Factum Deus ex aſſe Chi-
ristianum, mira fertilitate, que secura est probavit. De-
prehensi tales acerrimo lavandi sunt acetō, quod Ba-
silis Imperator fecit, aut etiam quandoque gravius
mulctandi.

Addo hęc, quod verbo veteri saluberrimè jactatur
Quemvis plerunque rectius suadere alteri, quam sibi Q
ip̄i: Nec ullum in illā re minus cernere, quam in suā. p
Eulogius Alexandrinus presbyter, quod Palladius nar-
rat, leprosum annis quindecim in suā domo nutritus, q
negue suis solum sumptibus, sed & suis manibus cibum posse
ei portumque, & cuncta vitæ necessaria subministravit, q
curā & studio ingenti. Leprus homo rudis & queru-
lus tanquam sibi hęc omnia deberent obloqui, ju-
bere, murmurare, si iussa non fierent ad nurum. Hęc
Eulogius apud animum suum: Quid faciam, inquit, in-
gratissimum alam? Operam male collocavero: Ejiciam
illum in viam? ſeipsum nec manu poterit, nec conflu-
lio juvare. Ergo ad Antonium Abbatem me conferam
consilium rogaturus. Cūm eò pervenisset: Suade, in-
quit, mi pater, quid mihi agendum cum leproso illo ni-
mum ingrato. Hominem hucusque alui, sed omnem
in eo & operam & oleum videor perdidisse; nihil alti-
mat beneficiorum, patientia vix quidquam habet; gra-
ti animi nihil. Imperat, obloquitur, murmurat, heu agit,
non mendicum. Quis sua velit in dolium tam ri-
mosum effundere? Num diutiu hac patiar? Num ho-
minem non dimittam? Cui Antonius: Quædo te, in-
quit, imple meritum patientiae, fortassis corriget ingra-
titudinem. Persuaderi se paſſus est. Post triadum mo-
ritur

ritur reprobus. Eulogius impleto insigniter patientia merito, post diem quadragesimum eadem moris via sequitur. Junxit patientiam pietati, & duplum adeptus felicitatis premium, geminæ virtutis diadema meruit coronari. Malum habuisset suaform Eulogius scipsum: Nec Antonii consilium fuisset bonum, nisi ab Eulogio in opus redactum. Consilium in rerum nostrarum plurimis saluberrimum est istud: Imple patientia meritum, imple, imple; longanimitas esto, ne precipita, nihil abrupte facito; fortassis annus unicus, fortassis mensis, aut hebdomas tantum, fortassis unica dies tua superest patientia. Dura, & rebus secundis te serva. Iosephus post superatam cisternam, post venditionem, & accusacionem falsissimam toleratam, post vincula, carcerem superatum emersit ad solum Prorex Ægypti. Ergo patientia meritum imple. Una dabit horula, quod multi non dederunt anni. Consiliarius fidelis, patientia sua for.

C A P V T X.

Iosephus quibus gradibus in tam sublime somum confenderit. Felicitas humana quam periculosa, brevis, noxia.

Cap. 41. Vers. 37. ad. 37. cap. **P**lacuit Pharaoni consilium, & cunctis ministris ejus. **L**ocutusque est ad eos: Num invenire poterimus talen virum, qui spiritu Dei plenus sit. **D**ixit ergo ad Ioseph: Quia ostendit tibi Deus omnia, que locutus es, manquid sapientiorem, & confidemus, ut invenire potero? Tu eris super domum meam, & ad oris tu imperium cunctis populus obediens, uno tantum regni solo te praecedam. **D**ixitq; rursus Pharaao ad Ioseph: Ecce, constitui te super universam terram Ægypti, tulistiq; annulum de manu suâ, & dedit eum in manu ejus, vestimenta, cum stola byssina, & collo torque auream circumposuit, fecitq; eum ascendere super currum suum secundum, clamante praecore; ut omnes coram eo genu flecent. & prepositum esse sicut universa terra Ægypti. **D**ixit quoque rex Ægypti ad Ioseph: Ego sum Pharaao, absque tuo imperio non movebit quisquam manum aut pedem in omni terra Ægypti. **V**eritatem nomine ejus, & vocavit eum lingua Ægyptiacâ: Salvatorem Mundi. **D**editq; illi uxorem Asenath filiam Putipharis sacerdotis Heliopolos. Egressus est itaque Ioseph ad terram Ægypti. Triginta autem annorum erat, quando stetit in conspectu regis Pharaonis, & circuivit omnes regiones Ægypti. Venitq; fertilitas septem annorum: & in manipulos redacta segetes congregata sunt in horrea Ægypti. Omnis etiam frumenta abundancia in singulis urbibus condita est. Tantaque fuit abundantia tritici, ut arena mari coquaretur, & copia mensuram excederet. Natiq; sunt Ioseph filii duo antequam veniret fames, quos peperit ei Asenath filia Putipharis sacerdotis Heliopolos. Vocavit nomen primogeniti Manasses, dicens: Oblivisci ne fecit Deus omnium laborum meorum, & dominus patris mei. Nomen quoque secundi appellavit Ephraim, dicens: Creseere me fecit Deus in terra paupertatis mea. Igitur transducepit ubertatis annis, qui fuerant in Ægypto, cuperunt venire septem anni inopia, quos prædictaverat Ioseph, & in universo orbe famis prævaluunt. In cunctâ terra Ægypti panis erat, quia sicutur clamavit populus ad Pharaonem alimenta petens. Quibus ille respondit: Ita ad Ioseph, & quidquid ipse vobis dicerit facite. Crescebat autem quotidie fames in omni terra: aperuitq; Ioseph universa horrea & vendebat Ægyptius: nam & illos opprimerat fames. Omnesque provincie veniebant in Ægyptum, ut emerent ephas, & malum inopia temperarent.

Cap. 41. Vers. 38. 39. 40. 41. **A**uditio Josephi confilio rex versus ad suos: Num, inquit, invenire poterimus talen virum, qui spiritu Dei plenus sit? **M**ox iterum ad Josephum: Quando igitur, inquit, divinâ polles scientiam, te meliorem non habebbo alterum, summâ rei te, meaque domini præficiam; tibi populus universus obediens, uno solûm regni solo te praecedam; Ægyptus omnis sub tua erit potestate. Cum dicto annulum è suo dígito rex trahens, Josephi digi-

Tom. II.

Atum eo induit, adjecit vestem byssinam, & torque auream, iussisque eum in curru regio confidentem per urbem vehi, praecunte præcone ac monente, ut omnes genu fleterent & Ægypto toti præpositum salutarent. Sed & Josephi nomen muratur, & appellatus est Saluator Mundi. **N**ec defuit par tanto principi conjux, Filia Putiphar ei Pharaoo respondit filiam Putipharis Heliopoli pharis Ascensoris Asenetham. Trigesimum agebat annum Joseph, cum ad hoc fastigii electus regiones Ægypti omnes obiit, ut sciret, quantum annuatim conveherent sepho. **I**ta septennalis cœpi fertilitas, & seges in manipulos ligata ambularunt in horrea, singulis civitatibus rerum suarum satagentibus. Tanta porrò tritici fuit copia, ut arenam matriæ æquare videretur, & mensuram omnem excederet. Antequam vero grassari Duo filii fames inciperet, duo filii Iosepho nati sunt, primo nascuntur. **J**osepho men indidit Manasses, quod sibi Deus jucundissimum omnium laborum oblivionem induxisset. Alterum appellavit Ephraim, quod Deus crescente & voluisse in terrâ paupertatis suæ. Ita septennalis cœpi penuria, quam prædixerat Joseph per orbem propagandam. **Æ**gypto tamen panis sub hac initia non defuit. At paulatim & ipsam Ægyptum fames cœpit penetrare. **Æ**gypti fames inclitpit. **I**ta plebs elutens a rege panem petuit. **C**libus Pharaonis ad Joseph & ad illius imperium vos attemperate. Cū autem fames augeret in dies & Ægyptios acriter stimularet, aperuit Joseph horrea & vendi justit frumentum. Sic Ægyptus facta est Orbis granarium, ed manipuli, enim provincie omnes confluebant. Ex ipsis, prout cœpiimus, spicatum manipulos colligamus.

I. Divina providentia admiranda series. Attingit enim illa ^{1. Divinæ} à fine, usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. **C**atenam facit dispositio divina obstupescens nequit. **A**b omni æternitate decrevit Deus Josephum clarissimum sibi famulorum proregem Ægyptum constitutum: ^{Quinque}

II. Divina providentia admiranda series. Attingit enim illa ^{2. Tristitia} à fine, usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. **C**atenam facit dispositio divina obstupescens nequit. **A**b omni æternitate decrevit Deus Josephum clarissimum sibi famulorum proregem Ægyptum constitutum: ^{3. Servitus}

III. Divina providentia admiranda series. Attingit enim illa ^{4. Accusatio} à fine, usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. **C**atenam facit dispositio divina obstupescens nequit. **A**b omni æternitate decrevit Deus Josephum clarissimum sibi famulorum proregem Ægyptum constitutum: ^{5. Dei diplopia}

IV. Divina providentia admiranda series. Attingit enim illa ^{6. Utriusque somnia} à fine, usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. **C**atenam facit dispositio divina obstupescens nequit. **A**b omni æternitate decrevit Deus Josephum clarissimum sibi famulorum proregem Ægyptum constitutum: ^{7. Pinceria}